



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 99. Marcelli II. Papæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. quam permisurum, ut iis, quibus esset
A.C. 1555. animarum credita administratio, a suis
 abessent Ecclesiis, neve politicæ jurisdictionis munia tractarent, cum id
 Ecclesiastica disciplina indignum, & An-
 tistitum muneri, & sanctitati turpissi-
 mum videretur.

§. XCIX.

Marcelli II. Papæ obitus.

Ciat. & Reg. **E**nimvero fausta prorsus ætate floruit.
I.c. Panv. in set Ecclesia, si tanto, tamque pie af-
Mar. II. fecto Pontifice diutius frui licuisset: ast
Pallav. n. 7 cum is extirpandis vitiis, ac hærefibus
Steid. l. 26. ab Ecclesia eliminandis, necnon bellis,
 ac componendis Principum dissidiis, &
 denique omni fastui, atque inutilibus
 Curiæ Romanæ expensis penitus tolen-
 dis intentus esset, duodecima Pontifica-
 tus sui die vigesima nona Aprilis habito
 cum Farnesio, Guisio, & Ferrarensi Car-
 dinalibus colloquio febri corripiebatur,
 quam ex eo ortam credebant nonnulli,
 quod solemnibus Dominicæ Passionis
 ritibus, crebrisque eorum, qui sua
 deferebant obsequia, salutationibus ni-
 mium debilitatus fuerit: postridie ta-
 men incisa vena adeo convalescere cæ-
 perat, ut rufus solitis suis functionibus
 incumbere posset: ast trigesima ejus-
 dem Mensis die, seu Pontificatus sui vi-
 gesima prima recrudescente morbo a-
 pople-

Duchesne
hist. des Pa-
pes p. 413.
Spond. n. 7.
Belc. comm.
l. 27. n. 2.

poplexia tactus nocte sequenti e vivis
 excessit , postquam quinquagesimum Sæcul. XVI.
A.C. 1555.
 quartum ætatis suæ annum demptis sex
 diebus expleverat. Non defuere , qui
 eum veneno sublatum suspicabatur
 spargentes, quod quidam chirurgus ab
 illis , qui reformationem fieri reformi-
 dabant(*) auro corruptus occulto ulce-
 ri, quo Marcelli crus jam dudum inficie-
 batur, illud infudisset. Corpus ejus abs-
 que solemniori pompa in marmoreo tu-
 mulo reconditum in Ecclesia Vaticana
 prope Nicolai V. monumentum fuit se-
 pultum. Ceterum inter famulos suos
 quemdam numerabat nomine Petrum
 natione Æthiopem, cuius Magisterio u-
 sus Marianus Victor Æthiopicæ linguæ
 Grammaticam conscripsit, quæ omnium
 prima in hoc idiomate apud Latinos
 comparuit. Porro Sacra Sedes
 nonnisi viginti duobus diebus
 vacabat.



(*) Ciaconius refert, *a tantæ Virtutis ho-*
fibus: verum adeo Continuatoris anno re-
 formationis studium insedit, ut etiam cum ve-
 ritatis præjudicio Curiam Romanam tanquam
 Reformationis hostem data omni occasione in-
 crepare soleat.